



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Co[n]ciliu[m] Arelate[n]se secundu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

- VII. ¶ De p̄sidijs qui fideles ad p̄sidiatū profiliunt ita placuit, vt cū promoti fuerint literas accipiant ecclesiasticas cōmunicatorias, ita tamē vt quibuscunq; locis gesserint ab ep̄o eiusdē loci cura de illis agatur, vt cū coeperint cum disciplina publica agere, tunc demum à cōmunionē excludantur, similiter & de his fiat qui repub. agere volunt.
- VIII. ¶ De Arrianis qui propria lege sua vtuntur, vt rebaptizent placuit. Si ad ecclesiā alii qui de hæresi venerint, interrogent eos nostrę fidei sacerdotes symbolū, & si p̄uiderint in patre & filio & sp̄u sancto eos baptizatos, manus eis tantū imponatur, vt accipiat spiritū sanctū, Quod si interrogati, non responderint hanc trinitatem, non baptizentur.
- IX. ¶ De his qui confessorum literas afferunt, placuit vt sublati eis literis, alias accipiant comunicatorias.
- X. ¶ De his qui coniuges suas in adulterio deprehendunt, & ijdem sunt adolescentes fideles & prohibentur nubere, placuit vt in quantum potest consilium eis detur, ne viuētibus vxoribus suis, licet adulteris, alias accipiant
- XI. ¶ De puellis fidelibus quę gentilibus iunguntur, placuit vt aliquanto tempore à cōmunionē separentur.
- XII. ¶ De ministris qui cōgenerantur, placuit eos iuxta formam diuinitus datam à cōmunionē abstinere.
- XIII. ¶ De his qui scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa dominica, vel nomina fratrum suorum, placuit nobis, vt quicunq; eorum in actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis ab ordine cleri amoueat, Nam si ijdem aliquos ordinasse fuerint deprehensi, & si in his q̄ ordinauerunt, ratio subsistit, non tamen illis subsistat ordinatio, quoniam multi sunt qui contra ecclesiasticam regulam pugnare videntur, & per testes redemptos putant se ad accusationem admitti debere, qui omnino non admittantur, nisi (vt supra diximus) actis publicis docuerint omni se suspicionē carere.
- XIII. ¶ De his qui falso accusant fratres suos, placuit eos vsq; ad exitum non communicare, sed falsum testem (iuxta scripturam) impunitum non licere esse.
- XV. ¶ De diaconibus, quos cognouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere.
- XVI. ¶ De his qui pro delicto suo à cōmunionē separantur, ita placuit, vt quibuscunq; locis fuerant exclusi, eodem loco cōmunionem consequantur.
- XVII. ¶ Vt nullus episcoporum alium episcopum conculcet.
- XVIII. ¶ De diaconibus vrbicis, vt nō aliqd per se p̄sumāt, sed honor p̄b̄is reseruetur.
- XIX. ¶ Vt presbyteri sine conscientia episcoporum nihil faciant.
- XX. ¶ Vt peregrino episcopo locus satisfaciendi detur.
- XXI. ¶ De his qui vsurpant sibi q̄ soli debeant episcopum ordinare, placuit, vt nullus hoc sibi p̄sumat, nisi assumptis sibi alijs septem episcopis, si tamen non potuerint septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare.
- XXII. ¶ De presbyteris aut diaconibus qui solent dimittere loca sua in quibus ordinati sunt & ad alia loca se transtulerunt, placuit vt his locis ministrent quibus p̄fixi sunt, qui relictis locis suis, ad alium locum se deferre voluerint, deponatur.
- XXIII. ¶ De his qui apostatāt, & anteq̄ se ad ecclesiam representent, nec quidē p̄cōnitentiā agere quærunt, & postea in infirmitate arrepti, petunt cōmunionem, placuit eis non dandā cōmunionem, nisi reuelauerint, & egerint dignos fructus p̄cōnitentię.

¶ Explicit Concilium Arelatense primum.

Inciunt capitula concilij secundi Arelatensis.

- | | | |
|--|--|----|
| ¶ De neophitis clericis nō ordinādis. Cap. 1. | ¶ De episcopo qui sine metropolitani cōsensu fuerit ordinatus. | 6 |
| ¶ Qualiter coniugati ad sacerdotium prouehantur. | ¶ De his qui seipsos abscidunt. | 7 |
| ¶ Vt nullus clericus aut diaconus in solatio suo extraneam habeat mulierem. | ¶ De his qui excommunicatos alterius suscipiunt. | 8 |
| ¶ Vt nullus clericus in cellario vel in secreto intromittat puellam. | ¶ Vt Nouatiani in cōmunionem non suscipiantur. | 9 |
| ¶ Vt episcopus cum ordinatur cum consensu metropolitani, tres cum ordinent episcopi. | ¶ De his q̄ in persecutiōe p̄uaricati sunt, tō si sunt. | 11 |
- ¶ De his

Concilium Arelatense secundum.

<p>¶ De his qui in pœnitentia positi vitam excesserunt. 12</p> <p>¶ Ut ne quis qualibet necessitate suã relinquat ecclesiam. 13</p> <p>¶ Ne clericus vsuram accipiat. 14</p> <p>¶ Ne diaconus coram presbytero sedeat vel Eucharistiam tradat. 15</p> <p>¶ Ut Fotiniani & Paulianistæ baptizent. 16</p> <p>¶ Ut hæretici qui in trinitate baptizati sunt, cum chrismate & manus impositione recipiantur. 17</p> <p>¶ Ut metropolitani arbitrio synodus congregetur. 18</p>	<p>¶ Ut nulli episcopo liceat à synodo deesse, vel ante peractam synodum discedere. 19</p> <p>¶ De aurigis & theatricis fidelibus. 20</p> <p>¶ Si post acceptam pœnitentiam quis nupsierit. 21</p> <p>¶ Ut pœnitentia conjugatis ex consensu detur. 22</p> <p>¶ De sacerdotibus qui idolatriam nõ euerterunt. 23</p> <p>¶ De accusatoribus fratrum. 24</p> <p>¶ De apostatis si non reuertuntur. 25</p> <p style="text-align: right;">¶ Finiunt capitula.</p>
--	---

Incipit concilium Arelatense secundum: nomina autorum eiusdem concilij.



X Sicilia Siracusanorum Sixtus ep̄s, & Florus diaconus, ex provincia Campaniæ ciuitatis, Prothus episcopus & Agrippa, & Tutus diaconus, ex provincia Apauli, Pardus episcopus, & Crescens diaconus, ex provincia Damulti, Theodorus ep̄s, & Agathon diaconus, ex vrbe Roma quos Siluester episcopus misit, Claudianus & Abitus presbyteri, Eugenius & Quiriacus diaconi, ex provincia Italiæ, Orofius ep̄s Nazareus lector, ex provincia Viennensiu ciuitatis Arelas, Martinus ep̄s, Salanias presbyter Nicetus aser, Vrsinis, & Petrus diacones, ex provincia qua supra Viennensium Verus ep̄s, Bedas exorcista. Ex ciuitate Vafione Dammas ep̄s, victor exor-

cista, ex ciuitate Auraficoꝝ, Laustinus p̄b̄r ex porta, Innocentius diaconus, Agapius exorcista, ex puincia Gallia ciuitatis Remoꝝ, Ibethanius ep̄s, Prigenius diaconus, ex ciuitate Rothomagensiu, Auidamus ep̄s, Nicetius diaconus, ex ciuitate Augusta, Idonupetius episcopus, Amadus presbyter, Filomatis diaconus, ex ciuitate Heluidono, Votius ep̄s, Pitulius exorcista, ex ciuitate Agrippina, Maternus ep̄s, Maurinus diaconus, ex provincia Aquitania ciuitatis Vagalij, Genialis ep̄s, ex ciuitate Burdegala oriẽtalis ep̄s, Flavius diaconus, ex ciuitate Veroꝝ, Artius ep̄s, Felix exorcista, ex ciuitate Tholosa, Martinus ep̄s, Leontius diaconus, ex puincia Bitania, Eburius ep̄s, ex ciuitate Culnia Adelsius, ex ciuitate Romanorum, Liberius ep̄s, Flonetius diaconus, ex ciuitate Betica, Sabinus p̄b̄r, ex ciuitate Tarcaco na Probatas p̄b̄r, Castorius diaconus, ex ciuitate Cefaraugusta, Clemẽtinus p̄b̄r, Rouinus exorcista, ex ciuitate Tebestigẽtium, Trimanus p̄b̄r, Victor diaconus, ex puincia Mauritania Cefariẽsi, Fortunatus ep̄s, Deuterius diaconus, ex provincia Sardinia Quintus ep̄s, Admonius p̄b̄r, ex provincia Aphrica, Cecilianus p̄b̄r, Speratius diaconus, ex ciuitate Onina, Lampadius ep̄s, ex ciuitate Vtica, Victor ep̄s, ex ciuitate Beneuentina, Anastasius ep̄s, ex ciuitate Turbistina, Faustus episcopus, ex ciuitate Cocofeltis, Surgentius ep̄s, ex Numidia, Victor ep̄s, ex ciuitate Virensium, Vitalis ep̄s, ex portu vrbis Romæ, Gregorius ep̄s, ex centum cellis Epitatus Episcopus ex ciuitate Ostensi, Leontius & Macharius presbyteri.

- T I.** ¶ Ordinari ad diaconatus vel sacerdotij officium Neophitum non debere.
- V II.** ¶ Assumi aliquẽ ad sacerdotium nõ posse in coniugij vinculo constitutum, nisi fuerit promissa conuersio.
- X III.** ¶ Si quis de clericis à gradu diaconatus in solatio suo mulierẽ præter Auiam, matrẽ, sororẽ, filiã neptẽ, vel cõuersam secũ vxorẽ habere præsumperit, à communione alienus habeatur, Par quoq; & mulierẽ (si se separare noluerit) pœna percellat.
- Y III.** ¶ Nullus diaconus, vel presbyter, vel episcopus ad cellarij secretum intronittat puellam vel ingenuam, vel ancillam.
- Z V.** ¶ Nullus ep̄s sine metropolitani pmissu, nec ep̄s metropolitanus sine tribus ep̄is cõprovincialibus, p̄sumat ep̄m ordinare, ita vt alij cõprovinciales ep̄s admonent, vt se suo r̄iõso cõsensisse significet. Qd̄ si inter ptes aliq̄ fuerit dubitatio maiori nõ ero metropolitanus.
- A VI.** ¶ Illud autẽ ante omnia clareat, eũ qui sine cõscientia me. (in electione cõsentiat, metropolitani cõstitutus fuerit ep̄s iuxta magnã synodũ esse episcopũ non debere.
- B VII.** ¶ Si qui se carnali vitio repugnare nesciẽtes abscondũt, ad clerũ puenire nõ possunt.
- C VIII.** ¶ Si quis excõicatu alterius siue clericũ, siue secularẽ recipere post interdictũ præsumperit

Concilium Arelatense secundum. Fo. XC.

sumpserit, nouerit se reum fraternitatis factum causam in concilio redditurum.

IX. ¶ Nouatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta pœnitentia incredulitatis præteritum damnet errorem, **A**

X. ¶ De his qui in persecutione præuaricati sunt, si uoluntarie fidem negauerint, hoc de eis Nicæna synodus statuit, ut quinq; annis inter cathecuminos exeant, & duos inter discommunicantes, ita ut communionem inter pœnitentes non præsumant, in potestate tamen vel arbitrio erit episcopi, ut si eos ex animo errorem deslere, & agere pœnitentiam uiderit, si ad communionem in propria ecclesia uelit humanitate suscipere, **B**

XI. ¶ Si qui uero dolore uicti & pondere persecutionis negare, & sacrificare compulsi sunt, duobus annis inter cathecuminos, triennio inter pœnitentes habeantur à communione suspensi, **C**

XII. ¶ De his qui in pœnitentia positi uitam excefferunt, placuit, nulli communionem uacui debere dimitti, sed pro eo q̄ honorauit pœnitentiam, oblatio illius recipiatur, **D**

XIII. ¶ Nullus cuiuscunq; ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non episcopus, quacunq; occasione faciente, propriam relinquat ecclesiam, sed omnimode aut excommunicetur, aut redire cogatur. Quod si aliquis commorationis tēpore inuito episcopo suo, in aliena ecclesia habitans, ab episcopo loci clericus fuerit ordinatus, huiusmodi ordinatio irrita habeatur, **E**

XIII. ¶ Si quis clericus pecuniam dedit ad usuram, aut conductor alienæ rei uoluerit esse, aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exerceat, depositus à clero, à communione alienus habeatur, **F**

XV. ¶ In secretario diaconos inter presbyteros sedere non liceat, uel corpus Christi p̄sente presbytero tradere nō præsumat, q̄ si fecerint, ab officio diaconatus abscedant, **G**

XVI. ¶ Fotinianos siue Paulianistas secundum patrum statuta baptizari oportet, **H**

XVII. ¶ Bononianos autem ex eodem errore uenientes (quos sicut Arrianos baptizari in trinitate manifestum est) dum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate & manus impositione in ecclesia recipi sufficit, **I**

XVIII. ¶ Ad Arelatensium episcopi arbitrium synodus est congreganda, ad quam urbem ex omnibus mundi partibus sub sancti Martini tempore legimus celebratum fuisse conciliū atq; conuentum, si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam uice sua dirigat, **K**

XIX. ¶ Si quis autem adesse neglexerit, aut cœtum fratrum, anteq̄ dissoluatur conciliū, crediderit deserendum, alienum se à fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus, **L**

XX. ¶ De agitatoribus siue theatricis qui fideles sunt, placuit eos quamdiu agunt, à communione separari, **M**

XXI. ¶ Pœnitentes quæ defuncto uiro alijs nubere præsumpserint, uel suspecta, uel interdita familiaritate cum extraneo iunxerint, cum eodem ab ecclesiæ liminibus arceantur, hæc etiam de uiro in pœnitentia posito, placuit obseruari, **N**

XXII. ¶ Pœnitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam, **O**

XXIII. ¶ Si in alicuius presbyterio infideles, aut faculas accenderint, aut arbores, fontes uel saxa uenerentur, si hæc eruere neglexerit, sacrilegi se esse reum cognoscat, dominus autem ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communionem priuetur, **P**

XXIII. ¶ Eos qui falsa fratribus capitalia obiecisse conuicti fuerint, placuit eos usque ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactione pœnituerint, **Q**

XXV. ¶ Si qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad seculum redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt, sine pœnitentia communionem penitus non accipiant, quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti, & quicunq; ille sit, post pœnitentiam, secularem habitum non præsumat, quod si præsumpserit, ab ecclesia alienus habeatur, **R**

¶ Explicit concilium Arelatense secundum.

Incipiunt capitula concilij tertij Arelatensis.

¶ Ut diaconus ante .xxv. & sacerdos ante .xxx. annos non ordinetur. **Cap. i.** ¶ Ut laicus ante annum conuersionis non ordinetur. **3**

¶ Ut digami uel pœnitētes uel repudiatarū mariti ad sacerdotiū nō prouehantur. **2** ¶ Ut qui clericum alienum defendere nititur, communionem priuetur. **4**

Q 2 Incipit